



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 1675. usque ad annum 1681

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1780**

**VD18 90119207**

§. 108. Apamiensis Episcopus graviter vexatus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67305](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67305)

Sæc. XVII. rebant, propositiones ab Innocentio  
A. C. 1679. damnatas, fuisse aut arbitrarie con-  
 fictas, aut ita falsificatas, ut tales Theo-  
 logorum nullus unquam propugnaret; aut idem quoque Jansenistæ circa quin-  
 que Jansenii propositiones a Pontifici-  
 bus damnatas assererebant.

## §. CVIII.

*Apamiensis Episcopus graviter  
vexatus.*

*Abregé de  
l'Hist. Eccl.  
t. 10. p. 432.*

Interim Franciscus Caulet Apamiensis  
 Episcopus ob constantiam, qua se-  
 Regaliarum extensioni opposuerat, gra-  
 vissimis premebatur vexationibus: Ex-  
 pilatur ejus Palatium Episcopale, ab-  
 ripiuntur omnia etiam necessaria, adeo  
 ut ad extremam redactus paupertatem,  
 nonnisi eleemosyna a probis erogata  
 vitam sustentaret; & ne id quidem sat-  
 tutum erat; ipsa enim hæc pietas be-  
 neficis crimini dabatur, quinimo &  
 P. de la Chaise, Regem urgebat, ut  
 Pelletierum Detrouches, qui afflicto  
 Episcopo pecuniam submiserat, in jus  
 vocari juberet, cui tamen Rex hæc re-  
 spondit, *absit, ut me regnante dicatur,  
 quempiam ob datam eleemosynam fuisse  
 castigatum:* Solabatur equidem Ponti-  
 fex calamitate fractum Præsulem, da-  
 tisque ad eum literis die quarta Ja-  
 nuarii

nuarii de hujusmodi adversis ei gratu- Sæc. XVII.  
A. C. 1679.  
landum potius, quam dolendum cen-  
sebat, eoquod copiosa illi seges enasce-  
retur exercendæ virtutis & constantiæ  
Pastoralis: Excitabat quoque illum  
Dei promisso, eoquod tribulationem  
pro ipsius causa patienti cælestem o-  
pem, ac tandem mercedem magnam  
nimis haud defuturam sciret. Denique  
significabat, quod datis literis Regem  
rogarit, ut Regii Senatus decreta tem-  
perare, atque Ecclesiarum indemnitati  
consulere velit.

## §. CIX.

*Innocentii XI. literæ ad Archiepiscopum Tolosanum.*

Novum autem Pontifici mæroris ar-  
gumentum accessit, dum suffra-  
gante ipsomet Josepho de Monpezat  
Archiepiscopo Tolosano Monialibus  
Ordinis sanctæ Claræ, quæ *Urbanistæ*  
vulgo vocabantur, quædam Monialis  
in perpetuam Abbatissam Regalium  
nomine armata vi obtrudebatur: Tum  
enim oppressæ hæ Moniales querulas  
ad Papam literas dederunt, ipsiusque  
opem summis precibus implorarunt:  
quocirca etiam Innocentius XI. Ponti-  
fex die decima octava Januarii ad præ-  
fatum Archiepiscopum sequentem de-  
dit